



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

*Tondorff &
Mühlberg
occupant.*

** MDC. III.
XXXIV*

*Post execu-
tionem arbi-
trii eliguntur*

*Erfurtensium
quinque gra-
vamina.*

Duces suos non quod fidei majorum in-
memores, aut quicquam de affectu in ur-
bem remiserint, sed pro ejusdem bono
cum Moguntino pepigisse. Hunc Comi-
tatus suos constituisse armis vindicare,
quibus cum impares Erfurtenses, lapsis in
potestatem Moguntinam arcibus actum
de Religione fuisse. Alii his decepti, pru-
dentiores fucum adverterunt. Die secundo
Decēbris farces Tondorff & Mühlberg mi-
litari manu occupatæ, & sic isthæc omnia
intra novem Dies festinanter peracta
sunt.

* Obtenta possessione † arbitri utrim-
que nominati, qui controversias dirime-
rent; Conventum Arnstadii, postea eti-
am Büdstadii, ubi Erfurtenses ante omnia
se in possessionem restitui petunt. Saxo-
nes hanc litem non suam, sed Mogunti-
nam esse, proinde ad arbitros non perti-
nere ajebant, si quid autem præter eam fla-
gitent, se justa omnia passuros. Urbici
quinque potissimum gravamina adducunt.
† Dimidietatis Mühlbergii reversionem eā-
dem penè septimanâ nunciatam, & vio-
lentæ executioni mandatam esse, quod
pactis manifestè contrarietur. Secundò,
præter census aliquos multa se prædia in
utraque Præfectura habere propria, quæ
nullis subjecta pactis simul adēpta sint. Ter-
tiò, pagos Meckfeld, Tieffengruben, &
Hohnfeld ad Præfecturam Tondorff non
pertinere, qui tamen cum ea occupati,
sicque restitui debeant. Quartò, Kapplen-
dorff-

dorffium se reluere velle. Quintò, Saxones Rudelstadium majus restituerent. Illi denuò † cunctantur, priora gravamina jura Moguntini Electoris concernere, in cujus præjudicium submittere arbitris nihil possint; bona, quæ prætenderent, & pagos, tanquam appertinentes ab Electore assignatos, cum igitur convento tempore secundum traditionis leges Sedi Moguntinæ restitutio sit facienda, pati se non valere, ut quidquam subtrahatur. In Kapplendorffensis Præfecturæ relevationem se consensuros, si Civitas minorem Comitatum ad Geram, quem sæculi decimi quarti anno decimo quinto (a) sub eadem lege à Friderico accepit, reluendum daret. Rudelstadium scire Erfurtenses, cujus sit, nec quicquam juris ab iis in eo prætendi posse. Urbici dictum Comitatum jam dudum redemptum esse demonstrant. Demum formula † compromissi concipitur, sed amplius nihil actum, & Erfurtenses carere pretio Comitatum, quam acceptatione ejus renunciare juri maluerunt.

Saxonii exceptiones.

Præter compromissifor- mulam nihil fit.

Aliæ cum Moguntinis continuatæ sunt XXXV. *Erfurtenses Collectas Imperiales solve vere arario Moguntino etc. recusant.*

trix, † quibus his nova de collectis accessit. Has Civitas Electoris ærario conferre negabat, quasi non Moguntinæ, sed Imperioolvere consueffet, fidem asserti à bello Hussitico, & Diethero mutuabatur.

(a) Vide sup. Ann. 1315.